

April 3 1963

Horizon transcendentalis

1. Homo non solum evolvitur (psychologicae, socialiter, culturaliter) sed etiam convertitur (intellectualiter, moraliter, religiose).

Evolutio habet conditiones in ipso homine sed magis ab extrinseco determinatur

psychologica ex educatione

socialis ex societate in qua quis natus est, ad quam migravit

culturalis ex epocha ad quam quis pertinet

Conversio habet conditiones exteriores (psych soc cult) sed fit in individuo ab ipso individuo

est ipsa sua sui constitutio, non per accidens in quantum acquiruntur habitus praeter intentionem agentis, sed per se secundum intentionem et liberam, deliberatam, responsabilis electionem
est existentialis

Horizon, qui ex evolutione resultat (psych soc cult), est relativus non negat existentiam valorem cognoscibilitatem eorum quae extra campum iacent

sed tantummodo ea de facto praetermittit, propter defectum habitus acquisiti, propter defectum opportunitatis in societate x̄ existenti, propter defectum evolutionis culturalis nondum adeptae

Horizon, qui ex conversione (non-conversione) resultat, est absolutus, transcendentalis:

quae ultra horizontem transcendentalem iacent

quoad esse: non sunt - non attenduntur quia non est cui attendi possit

quoad valorem: nullius sunt valoris, nullius momenti - non attenduntur

quia iis ~~xxx~~ debemus non attendere - ea praetermittere minime pugnat cum aperitudine perfecta, sed eam facit sapienter directam

quoad cognoscibilitatem: cognosci non possunt -- de iis non est inquirendum

qui de iis inquirat, qui de iis loquitur, qui de iis speculatur,

illuditur, ~~se decipit~~, se decipit, fictionibus et fallaciis indulget,

mythis credit, legendas audit

est pseudo-scientia, pseudo-philosophia, pseudo-theologia, ideologia

2. Consideratio HT alicquam habet complexitatem propter duo tempora, nempe, ante et post quaestionem de conversione ortam.

Quare distinguimus (non secundum tempora, sed secundum res) polum originarium et polum existentialem campum exercite, implicite et campum signate, explicite

Polus originarius est omnibus communis est possibilitas eius quod homo se libere constituit, se convertit est ipsa structura conscientiae humanae structura: abstrahitur totum a partibus, forma a materia, proportio inter elementa, componentia

Polus existentialis est singulis proprius est ipsum subiectum quod vel per accidens vel deliberate se constituit tal est subiectum quod se cognoscit et se tale vult - vel devitat fugit h. q.

Campus, signate et explicite, est methodus, philosophia, theologia Campus, exercite et implicite, adest et efficaciter influit per modum quo quis operatur, ordinat investigationem de facto, per praesupposita non agnita, assumptiones non formulatas, per electiones, habitus acquisitos manifestatur in iudiciis et electionibus de reali, de finibus et valoribus, de methodis legitimis, de possibilibus

Polus et campus per definitionem subnt correlativi polus est qui talem attingit campum -- ~~polus est~~ campus est qui a tali attingitur polo

Secundum intentionem correspondent polus originarius et campus explicite, signate

Qui formulat methodum, philosophiam, vel (supposita fide) theologiam non personalem exprimit electionem sed determinare vult id cui ~~campus~~ election existentialis conformari debet id quod exigit polus originarius

Ex natura rei campus exercite et polus existentialis sibi correspondent -- qualis sim, talis mihi est mundus -- cf. "qualis quisque est, talis finis videtur ei"

In authenticis polus existentialis est secundum exigentias poli originarii electio existentialis est sincera agnitio, fidelis appropriatio, assumptio, acceptio poli originarii secundum exigentias ipsius poli originarii campus exercite et campus signate in unum tendunt

~~Inauthenticia est radicalis vel derivata; derivata est vel rationalizata vel obnubilata.~~

~~Inauthenticia radicalis est divergentia inter polum existentialem et exigentias poli originarii quae radicalem Derivata est quae ex radicali oritur, manifestat, exprimit Rationalizata: methodus, philosophia, theologia (campus signate) exprimit campum exercite quip polo~~

~~Inauthenticia derivata implicite et exercite manifestatur in campo implicite et exercite~~

Inauthenticitas est radicalis, derivata implicite, rationalizata, obnubilata

Radicalis: divergentia inter polum existentialem et exigentias poli authentici

Derivata implicite: est campus exercite et implicite qui correspondet polo existentiāli radicaliter inauthenticō

Rationalizata: est methodus, philosophia, theologia quae pugnat cum polo originario correspondent polo existentiāli inauthenticō exprimit campum implicite exercite poli existentiālis inauthentici

Obnubilata: est methodus, philosophia, theologia quae obiective exprimit (correspondet) polum originarium sed subjective subest re-interpretationi ex influxu poli existentiālis inauthentici

3. Polus originarius

a) Conscientia distinguitur quadruplex

somniorum: mihi praesens sum in somniis
 empirica: mihi praesens ut sensitive operans (agens patiens; apprehensiva, appetitive)

intellectualis: mihi praesens ut inquirens, intelligens vel non intelligens, definiens, hypotheses formans, systemata construens

rationalis: mihi praesens ut dubitans, evidentiam ponerans, affirmans vel negans

sui: mihi praesens ut consilians, deliberans, eligens, agens, mihi praesens ut mei dominus

b) "Mihi praesens"

Quid significet non intelligatur nisi ex experientia ipsius huius praesentiae -- sicut videre, audire, intelligere, &c.

Adiuvamur ad ipsam experientiam quasi isolandam per comparationes
 praesentia localis - statuae in atrio
 praesentia obiecti - id quod apprehenditur, appetitur
 praesentia subiecti - conditio constitutiva ipsius subiecti ut apprehendentis, appetentis

"Conditio constitutiva"

Distingue spectaculum et spectatorem: ~~spanham~~
 spectaculum est praesens ut obiectum - praesens alteri
 spectator est praesens ut subiectum - praesens sibi

Nisi spectator sibi praesens esset, spectaculum ei praesens esse non posset -- si inconsciis esset, si dormiret

Spectator non est sibi praesens eo modo quo spectaculum est ei praesens -- spectaculum quia tale est praesens non sibi sed alteri

Spectaculum non est praesens ut pars spectaculi: sicut totum spectaculum ita etiam partes eius sunt praesentes non sibi sed alteri

Fallacia communis, vulgaris

Cognito est sicut visio ocularis: habetur videns et visum

Conscientia est cognitio quaedam

Quod est conscius est cognitum, sicut visum

Minime - quod est conscius est cognoscens, sicut videns, sicut specta

Si conscius esset sicut visum, esset inconsciis

Conscientia notum facit subiectum, sed secundario; in primis constituit subiectum actu

Conscientia non constituitur reflectione, introspectione, sed praesupponitur a reflectione introspectione; nisi quis iam esset conscius, non haberet in quod introspiceret